THEOLOGISCHE SAMMELHANDSCHRIFT

Entstehungsort unbestimmt, 14. Jh.

Seite 38v

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35467
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

Petro thelonario / et circum
se respicientibus uiris dixit. Vere
dominus Petrus est / surgam et tene
bo eum. Quod ille aduertens late
ter fugit. Erat autem ostiarius
surdus et mutus qui per signum osti
um aperiebat. Cui Petrus
ut ei aperiret non signis sed uerbo
imperauit. Et ille continuo au
diens et loquelam recipiens
sibique respondens ei aperuit /
et cunctis de eius loquela mira
tibus dixit. Ille qui coquinam fa
ciebat exiit et fugit / sed uide
te ne seruus dei sit / quia cum mi
chi dixit tibi dico aperi. mox ex ore
eius flamma exiit que linguam
meam et aures tetigit / et conti
nuo auditum et loquelam recepi.
Sic exilientes uniuersi post eum
et amplius inuenire non potuerunt.
Tunc omnes de domo illa peni
tentiam egerunt / eo quod talem vi
rum sic uiliter tractauerunt. Pre
des autem Petrus post decennium
Constantinopoli rediens et in hora
exitus sui / Christum ad se ueni
re conspiciens exclamauit.
O custos thesaurorum meorum
bone Ihesu deduc me quaeso te
cum. His dictis feliciter requi
euit. De monacho qui cum
meretricibus pernoctebat
Monachus quidem C. vij

Vitalius nomine ciuitatem in
grediens omnes publicas mere
trices conscripsit et per ordinem
ad illas intrans dixit cuilibet.
Dona mihi nocte ista et noli
fornicari. Ipse autem domum
intrans. in angulo flexis genibus
tota nocte stabat in oratione
et pro illa orabat et mane exi
bat. precipiens cuilibet ne ali
cui reuelaret. Una autem
uitam eius manifestauit que
statim orante sene a demone uex
ari cepit. Tunc omnes dice
bant. Reddidit tibi deus
quod merebaris / quia mentita es at
ut fornicetur. ingreditur enim
pessimus iste et non propter aliud.
Vespere autem facto dicebat prae
sens Vitalius cunctis au
dientibus / uolo ire quia talis domina
expectat me. multis vero
illum ~~multis~~ increpantibus respon
debat. Numquid ego non habeo corpus
ut omnes. aut monachis so
lum iratus est deus. Vere et
ipsi homines sunt ut ceteri. Dicebat
autem quidam accipe tibi mulierem
unam abba. et muta habitum ut
non scandalizes alios. Ille autem
fingens se iratum dicebat. Ve
non audiam uos. Ite a me qui
uult scandalizari scandali
zetur. Numquid iudices estis